

imaginem repræsentat, & licet Ab. ubi proximè dixerit, appellari etiam posse ad superiorem iudicis laici, tamen mihi non placet, nec Efficacia nuper citato num. 68. in fi.

Secunda conclusio sit, quod quando appellatur à grauamine factò ab executore delegato, seu nuntio, cui commissà est executio sententiæ; puta quia ipse executor excedit fines mandati, tunc ad ipsum iudicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. ubi supra. tradit B. in l. à diuo Pio. §. 1. in fi. ff. de re iud. per quem & per l. arbitro. secundum vnam lecturam ff. qui iuris. cog. tenet Rebuf. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. num. 1. ubi ita decisum fuisse in facti contingentia, testatur, sequitur Efficacia de appella. q. 17. limi. 10. sub n. 67. vers. secus si nuntius seu executor. Felin. in c. pastoral. §. praterea in princ. de off. & potest. iud. deleg. Alex. conf. 95. lib. 2. Berol. conf. 32. n. 18. lib. 3. Lanc. Robert. de atten. 2. p. cap. 12. limi. 53. à num. 29. & diximus ad prin. huius è. ubi alia adduximus in comprobationem huius conclusionis.

Hæc tamen conclusio fallit in iudice requisito pro executione alicuius sententiæ, quia si ipse excesserit fines mandati, & executionis, non ad iudicem requirentem, sed ad superiorem iudicis requisiti grauantis erit appellandum, quia appellatur à grauamine, & factò huius iudicis exequentis iure proprio, non vt delegatus alterius iudicis, ita sic loquuntur Rebuf. d. tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. sub n. 14. fol. 378. sequitur Efficacia de appellat. q. 17. limi. 10. n. 68. Rebuf. allegat ad id Iff. & alios.

Sed horum Doctorum assertio ex ratione regulanda erit, ita vt sit amplectenda in casu, in quo militat dumtaxat, nempe, quando iudex exequitur iure proprio iuxta terminos tex. in c. Rom. §. contrahentes, de for. comp. lib. 6. scilicet quando ad illum iudicem sit contractus executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc iure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, vt ad eius superiorem appelletur, at verò quando iudex, qui tulit sententiam, committit executionem facti iudici alterius territorij, ubi res existit, super qua executio, seu missio faciendà est, tunc iste iudex sic requisitus dicitur iudex delegatus, & executor sententiæ, & mandati iudicis requirentis, ita expressè probant Ioan. Ferrar. in pract. in for. execut. sent. diffin. sub num. 14. fol. 277. Gratia. discepta. for. cap. 146. num. 7. Paz in prax. 5. p. tom. 1. cap. 2. num. 10. fol. 101. Couar. in practi. quest. c. 10. sub n. 7. ad med. c. 16. sub n. 5. & probat text. in l. à diuo Pio. §. sentent. Roma. & §. si super rebus, (qui ab illo dependet

iuxta mirabilem intellectum traditum à Couarruuia sub d. n. 5. quem vide ff. de re iud. & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum est, vt ab huiusmodi executoris excessu, cum procedat vt delegatus; debeat appellari ad iudicem requirentem, iuxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati. Et hanc interpretationem clarè sentit Ab. Panor. in d. c. quoad consultationem n. 28. in fi. & n. 29. eamque videtur etiam tenere Parlad. lib. 2. rer. quoti. c. fi. 2. p. §. 3. num. 6. dum pro resolutione huius doctrinæ, se remittit ad d. Ab. ibi, & factis probatur ex his, quæ supra in 2. illatione primæ conclusionis. maximè cum pro hac doctrina iuris vrget principium, dictans, vt à delegato, siue à Principe, siue ab ordinario inferiori, appelletur ad delegantem, latè prosequitur Efficacia de appell. q. 8. à n. 14. cum pluribus seq. cuius articuli resolutio difficilis est.

Hæc tamen nostra resolutio vno modo fallit, quando Iudex secularis petens auxiliū ab Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, & ipse excedendo interponit auxiliū iuris, puta, excommunicando, quia tunc appellandum est ad superiorem iudicis excommunicantis, vt tenent Ab. Rebuf. & Efficacia locis proximè citatis, quia tunc ex ea ratione putò procedere, quia iudex secularis non potest de grauamine excommunicationis cognoscere, nec illud reuocare.

CAPVT V.

Quid inter se distent, quoad procedendi modum, executor speciei certæ, & executor quantitatis, iurisve incorporalis, & executor facti, hoc est, compulsor ad factum præcisum. & an, & quando ab eis absque citatione procedentibus, seu excedentibus; emisse appellationi minime deferentibus, vis fiat.

SVMMARIVM.

Executorialium iudicium ab ordine iudiciario etiam summario multum distat. n. 1.

Via executiua est summaria, tamen magis accelerata quam simplex summarium iudicium. n. 2.

In iudicio summario agitur an debeat, in executio quomodo soluat. n. 3.

Causa est summaria, ergo executiua; non valet argumentum, causa est executiua, ergo summaria; valet. n. 4.

Iudicium cuius sententia exequitur non obstantè appellatione, non dicitur executiuum. n. 5.

Citatio

Citationem in via executiua non requiri qui teneant. n. 6.

Citationem in executorialium executione requiri qui teneant. n. 7.

Executio quando fit ab eo iudice vel eius executore super eadem re super qua lata est sententia, citationem non requirit. n. 8.

Executio ubi est facta rei, iudicis aut litigantis condemnati persona requirit citationem præcisè. n. 9.

In quolibet iudicio ubi rei aut personæ datur mutatio, noua citatio præcisè est, etiam si omnes necessaria præcesserint. n. 10.

Executio ubi est faciendà in persona specialiter non nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit. n. 11.

Bona debitoris ubi capiendà sunt subhastanda pro executione quantitatis contenta in sententia, requiritur citatio. n. 12.

Et quo executionis statu citatio hæc sit faciendà, ibidem. declarata vt n. 13.

In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitori vt soluat. n. 14.

Secus si instrumentum contineat tempus determinatum, quia tunc ipse interpellat. n. 15.

Executio & eius acta corruunt si emittatur necessaria citatio. n. 16.

Ab executore emittente necessariam citationem appellationis emisse esse deferendum decernit Senatus Regius. n. 17.

Executor merus is est cui nudum factum committitur, & executio, discussis omnibus qua opponi poterant executioni sententiæ. numero 18.

Executor merus si citauerit, non tenetur citatum expectare, quia non potest assumere partes iudicis, & iniuriam non commissam usurpare. n. 19.

Appellationis emisse à citato per merum executorem executorialium quem non tenetur expectare, non erit deferendum. n. 20.

Executorialium executores non eodem modo sed diuersimodè omnes sententiæ effectui tradunt. n. 21.

Executor pro summa pecuniaria procedit captis pignoribus subhastandis ex quibus satisfiit creditori, vel illi dantur in solutum. numero 22.

In executione instrumenti quarètigati pro quantitate, eodem modo proceditur quo in executorialibus. n. 23.

Ab executore pro quantitate incipiente à captura persona ante discussionem bonorum tanquam ab excedente licita est appellatio. n. 24.

Executor executorialium pro certa specie cogit præcisè condemnatum tradere, etiam vi & manu militari de possessione deijct. n. 25.

Sententia rei tradendæ obligat præcisè ad factum, nec soluendo interesse condemnatus li-

Salgado de proced. Reg. Tom. II.

beratur si habeat facultatem rei tradendæ. num. 26.

In venditione alicuius speciei si sit factum instrumentum quarètigatum venditor præcisè compellitur ad tradendum. n. 27.

Debitor licet possit soluendo interesse liberari, non tamen post sententiæ diffinitiuam qua obligat præcisè ad tradendum. n. 28.

Res ubi in specie præstanda erit, executor facit præceptum reo vt intra triduum restituat, qua non restituta cogitur manu militari. num. 29.

In executione pro specie certa, ciuilius faciet iudex, si prius moneat condemnatum aut obligatum. n. 30.

Citationem præcedere executionem etiam ubi non sit necessaria, tutius erit. n. 31.

Posidente debitore speciei ex quarètigata clausula absque citatione, auocatur possessio, secus si alius possidet. n. 32.

Condemnatus ad rem tradendam non cogitur præcisè, si non habeat facultatem rei tradendæ, puta, quia obiit, abiit, vel aliter periit, quia tunc in estimatione fit executio. num. 33. & sequentibus.

Quod procedit etiam in depositario, mandatario, & venditore. n. 34.

Verba adaptantur implicite saltem, quia quantitas estimationis semper inest rei petita estimabili. n. 35.

Res ad quam quis est condemnatus si longè absit, quomodo sit faciendà executio. n. 36.

Executio capta pro re, an ea precepta sit profequenda, & in quo. n. 37.

Sententia pro Barone lata vt pro singulis centum ouibus ratione pascuorum Baro vnam habeat, etiam contra minus centum pascentem, fiat executio habito respectu ad numeram, & facta computatione grata. n. 38.

Si autem quinquaginta quis depascit, fiet executio pro estimatione dimidia partis vnius ouis. num. 39.

l. si longis C. de executione rei iudicata verba mirabilia conducuntur. n. 40.

Executorialium executor ad actum consistentem in animo condemnati, puta præstare patientiam aut consensum, renuntiare officium aut beneficium, & similia, quomodo se habere debeat. n. 41.

Executor ad factum dependens ab animo condemnati, non excedit non admittendo interesse, sed ad factum præcisè compellens. num. 42.

Obligatus ad factum licet ante sententiæ liberetur præstando interesse, non tamen post illam, quia obligat præcisè. n. 43.

Executor ad factum dependens ex animo condemnati, an excedat illum contumacem per carcerem cogere. n. 44.

cc

Verba

Verba (compelli & cogi) pertinent ad meram executionem & factum praeisum. n. 45.

Mentio semper debet precedere compulsionem. num. 46.

Monitus intra quod tempus tenetur adimplere. n. 47. remissive.

Voluntas & animus condemnati ex quo pendet executio ut subiiciatur, corpus detrudendum est. n. 48.

Voluntas condemnati à qua executio dependet, causatiue est reducenda, cum directio non possit ob eius proteritiam. n. 49.

Promittens scribere potest compelli per carcerem ad scribendum. n. 50.

Depositarius cogitur captis pignoribus & per carcerem depositum reddere. n. 51.

Ab executore facti & carceratione pro eius executione non datur appellatio. n. 52.

Administrator aut tutor si nolit exhibere rem Domini in qua sit facienda sententia executio, incarceratur quousque exhibeat. numero 53.

Promittens contrahere matrimonium compellitur per carcerem & censuras. n. 54.

Possessor violentus condemnatus ut desistat à possessione, si nolit, cogitur per carcerem. num. 55.

Executor pro quantitate potest per carcerem compellere condemnatum, ut indicet bona in quibus facienda sit executio. n. 56.

Executio fit per manum militarem & violenter, si aliter perfici non potest. n. 57.

Compulsione per carcerem nullus etiam privilegiatus qui tenetur ad factum personale ex sententia, potest se excusare. numero 58.

Quia tunc non capitur pro debito, sed pro contumacia, & quasi delicto, prout tribunalium praxis obseruat. ibid.

Executor non excedit compellendo per carcerem condemnatum ad factum dependens ab eius animo & voluntate, nec vim faciet. num. 59.

Compulsio potest fieri per censuras. n. 60.

Excommunicatio est actus executiuus. num. 61. & seqq.

Excommunicatio ab homine non fertur nisi pro contumacia. n. 62.

Concilium Tridentinum sessione 25. de reformatione cap. 3. explanatur, loquens de executione per censuras, quando sit facienda tam in criminalibus causis quam in iudiciis. numero 63.

Executio facti dependentis à voluntate condemnati, fit per carcerem postea crescente contumacia per censuras iuxta Concilium. numero 64.

Condemnatus ad recipiendam aliquam in uxorem, cogendus est per censuras. n. 65.

Condemnatus recipere aliquam in uxorem quibus ex causis cogendus non sit, sed in executione executorialium super sedendum. n. 66. remissive.

Appellationi à declaratoria sententia pro rei iudicata executione, executor non deferens an vim faciat. n. 67.

Declaratoria incursum censurarum pro executione executorialium dicitur pars rei iudicata. num. 68.

Appellare omittens ab actu appellabili, non poterit postea appellare à citatione ad videndum se declarari. n. 69.

Declaratoria censurarum super via executiva non admittit appellationem. n. 70.

Declaratoria incursum censurarum pro executione rei iudicate non admittit appellationem. num. 71.

Declaratoria incursum censurarum pro executione obligationis in forma Camera est inappellabilis, quia executionis natura resistit. num. 72.

Declaratoria incursum censurarum pro executione literarum Apostolicarum, non admittit appellationem suspensivam. n. 73.

Commissio super appellatione à declaratoria lata pro executione literarum Apostolicarum, non datur nisi cum clausula (pario breui.) numero 74.

Carceratione licet possit appellari, tamen à carceratione pro executione rei iudicate aut instrumenti garantigati non potest. numero 75.

Appellatio suspendit à declaratoria super executione rei iudicate si executor modum in ea ferenda excedat. n. 76.

Executor merus potest deputari etiam non constitutus in dignitate. n. 77.

Executores dicti compulsores sunt meri, & non debent esse in dignitate constituti, sed simplices clerici sufficiunt. n. 78.

Executor executorialium super iure incorporali quomodo procedat ad executionem. numero 79.

Sententia sola in iuribus incorporalibus an transferat possessionem civilem & naturalem. numero 60.

Victor in iure incorporali si vti non possit reluctante condemnato, compellitur ad patientiam prestandam. n. 81.

Condemnatus in concessoria, compellitur prestare patientiam servituti. n. 82.

Condemnatus in iuribus incorporalibus compellitur pro patientia, sicut in corporalibus pro actuali traditione. n. 83.

Sententia sola non transfert dominium in iuribus corporalibus. n. 84.

Pro executione iuris incorporalis requiritur actus apprehensiuus. n. 85.

Actus

Actus apprehensiuus si non potest consequi ob resistenciam condemnati, compellitur per carcerem ad prestandam patientiam. n. 86.

Condemnatus ad cedendum vel renuntiandum officium aut beneficium, si monitus nolit renuntiare, iuris interpretatione habetur pro renuntiante. n. 87.

Abdicare à se qui tenetur aliquod ius, si monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac si abdicasset. n. 88.

Hereditatem qui tenetur restituere, & monitus recuset, habetur pro restituente legis interpretatione. n. 89.

Procuratore acquirente actionem ex re Domini, & eius nomine, si monitus recuset cedere, habetur pro cedente. n. 90.

Executio si fiat in officiis publicis vendibilibus, debitor compellendus est renuntiare, & titulum officij exhibere. n. 91.

Executio ubi sit facienda in officio vendibili, & sit aduandus Rex, quomodo debitor est compellendus. n. 92.

Et hoc compulsionis genere ad prestandum consensum, vitur ut meliori consilium Neapolitanum. n. 93.

Dominus feudi nolens sub feudatione prestare consensum, iuxta pactum cogitur intra terminum prestare, & si non praestet, habetur pro praestito. n. 94.

Actor si dolo & potentia aduersarij non possit mitti in possessionem rei post annum, habetur pro vero possessore, ac si missus fuerit. num. 95.

In possessionem si quem mittere actualiter non queat iudex ob aliquod impedimentum, habetur pro possessore ministerio legis. numero 96.

Condemnatus ad tradendum instrumentum debiti, si id non reperitur, compellitur ad conficiendum instrumentum liberationis. numero 97.

Condemnatus ad id quod est impossibile facere, sed honestum, compellitur eo modo quo potest. num. 98.

Condemnatus aliquem facere indemnem ab obligatione, si hac sit extincta, eo modo quo potest debet indemnem seruare. n. 99.

Idem modus & forma seruatur in executione instrumenti Cameralis continentis quantitatem, speciem certam, factum, aut ius incorporale, que seruatur in executorialibus, quia à iure aquirantur. n. 100.

EXECUTORVM executorialium processum iudiciumque quantum ab ordine iudiciario sit alienum, cum id cognitio, & condemnatio precedat, nemo est, qui ignoret. adeo ut licet sit summarium, & in eo summarie procedat. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

datur, Bart. in l. Titius. colum. penult. c. de agricol. & cens. lib. 11. Lanfran. in dem. sape. colum. 2. in 13. conclusione de verborum significacione. Bald. in l. prima §. is videtur. in colum. fin. ff. si quis ius duen. non obtemper. Bart. in l. creditores. colum. 6. in fin. versiculo aduerte tamen. C. de pignoribus. Ioan. Immol. consilio 130. in casu praemisso à num. 2. Roma. consilio 323. & ideo dicit Marant. de ord. iudicio. 4. p. 9. decis. numer. 60. quod causa ex instrumen. guaren. est summaria, ex quo est executiua, in qua nullus obseruatur ordo iuris, sed deuenitur ad capturam personarum, & vide num. 50. vbi quod causa executiua est summaria, tamen magis acceleratum iudicium est executiuum, quam simplex summarium, quia in hoc agitur an debeatur, in illo autem quomodo soluatur, & sic licet valeat argumentum, omnis causa executiua est summaria, & summarie tractatur: non tamen valet è conuerso, omnis causa summaria est executiua. ita eleganter argumentatur Paul. Castrenf. consilio 62. numer. 2. versic. item non obstat statutum lib. 1. idem Castrenf. consil. 319. considerandum est. colum. 2. versiculo hoc ideo. lib. 1. referens sequitur Cardinal. Tulfus practica. conclusio. tom. 3. litera E. conclusione 472. num. 36. & conclus. 373. num. 9. & iterum num. 10. quae doctrina est menti commendanda, quoniam multos viros doctissimos deceptos vidi, & confundentes hos terminos, vocantes causam, & iudicium executiuum illud, siue summarium, siue ordinarium sit, cuius sententia lata non admittit appellationem suspensivam, quoniam licet sententia lata in aliquo iudicio summario ex aliqua iuris speciali ratione, seu priuilegio exequatur, non obstante appellatione; non ideo sequitur, quod iudicium in quo lata fuit, est executiuum, quia est diuersum ex dictis.

Et adeo in iudicio executiuo omittitur iuris ordo, ut non parua sit inter vtriusque iuris Doctores controuerfia, an in executione sententiae citatio necessaria sit, vel non. in quo partem negatiuam, citationem non requiri, amplectuntur Innocent. in c. ex ratione. de appella. Rota decis. 355. in nouis. & decis. 183. in nouis. Bald. in cap. 1. de feud. sine culpa non amit. & idem in l. terminato. C. de fruct. & litium expen. Domini. in cap. licet. de preben. in 6. & in c. ordinarij. post Innocent. & Hostien. de off. ordi. lib. 6. Angel. Arcti. in §. curare. institus. de actio. Anto. de But. & Immol. in d. c. ex ratione. & est bona gl. in c. cum causa gloss. 1. de re iud. vbi Abb. Ioan. And. in c. eum qui de dolo & contuma. in 6. Abb. in cap. discreto de appella. Philip. Franc. in cap. personas c. 2. eodem

eadem tit. Calcanus in cons. 80. Guido Papæ quest. 329. Marant. de ord. iudicio. 6. p. act. 3. prin. numer. 17. Vestrius in praxi. Roma. Cur. lib. 8. c. ult. num. 3. vers. quamobrem. fol. 264. & Añ. in praxi iudi. §. 7. c. 5. limi. 9. n. 1. dicentes, quod in executione executorialium non sit necessaria citatio.

7 Contrariam tamen sententiam, citationem hoc casu requiri, qui teneant, plures non deficiunt, Petrus & Cyn. in l. ab executor C. quorum appella. non recip. & in l. 1. C. de iuris & facti ignorantia. & Iacob. Buttr. vt refert Angel. in l. 1. C. de iudiciis non repet. Rofred. in l. meminerint. C. vnde vi. Angel. in l. 1. §. si ex conuentione ff. de re iudi. Bald. in l. si filio. la. 2. in si. ff. soluto matr. & in l. 2. in si. C. de tempor. appellat. Anton. de Buttr. in clem. sicut 2. quest. de appella. Immol. in l. a diuo Pio §. in venditione ff. de re iudi. vbi Alexan. Philip. Franc. in cap. ex ratione. de appellat. Brun. consil. 87. Nicell. de concord. gloss. 52. fall. 60. Rebuf. in tract. de sententiarum executione. art. 7. gl. 9. num. 7. & seqq. tom. 1. fol. 365. & in tract. de sensen. prouision. art. 2. gl. ult. vers. quomodo, eodem tom. fol. 269.

Sed in hac contrarietate communis omnium ferè Doctorem distinguendum præualuit opinio, ac magis communiter recepta, obtrinit apud omnes: vt scilicet quando fit executio executorialium super eadem re, super qua fuit pronuntiatum, sententiæque lata, & ex ea executoriales, & per eundem iudicem, siue eius executorem facta executio. vt tunc nec requiratur, nec necessaria sit alia citatio, sed directa executio faciendæ est, eiecto condemnato de possessione, etiam violentæ, & in ea mittendus victor. At verò quando in executione adest mutatio personæ, aut rei, vt puta quando eam facit non idem iudex, qui sententiam tulit per se, nec suos ministros, sed

9 alius, successor puta, vel quilibet alius, vel quando non fit executio contra eandem personam condemnatam, sed contra aliam, vt puta hæredem, successorem, vel tertium, vel quando condemnatur ad quantitatem, pro qua capiuntur pignora, & vendenda subhastantur ad faciendam solutionem, quia tunc vbi hæc mutatio reperitur, citatio tunc præcisè necessaria est, quam quidem distinctionem tradit Bart. in l. a diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iudi. & in extranaganti ad reprimendum. in verbo, executionem. in si. & in l. meminerint. C. vnde vi. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit ff. de pactis. Angel. in l. habere licere. ff. de iurisdictionibus. & in l. 1. C. de iudiciis. & in l. qui restituere. ff. de rei vind. Bald. in l. ab executio. C. quorum appellat. non recip. idem Bald. in l. ordo. C. de executio-

ne rei iudic. & in l. 1. in fin. C. de iuris & facti ignor. & in l. si prator ff. de iudiciis. & iterum in l. si quis curialis. in princ. C. de episcop. & cleri. Salicet. in d. l. ab executione. Immol. in l. ab executeore. ff. de appella. & in l. si filio. la. 2. ff. solut. matrimon. Anton. de Buttr. & Abb. in cap. ex ratione. de appella. Alexand. qui dicit istam magis communem in l. a diuo Pio §. in venditione num. 32. ff. de re iud. Fulgofius conf. 183. Ioan. de Anania conf. 34. Abb. conf. 3. dub. 8. volum. 2. Socin. consil. 158. Paul. Castrenf. conf. 472. vol. 1. Alex. conf. 30. vol. 5. & in conf. 72. in si. vol. 7. Decius in d. ex ratione. Rot. decis. 73. in antiq. Bald. in l. 1. vers. quero lata est sententia. C. de executione rei iudi. Calcanus in consil. 16. Bouer. in verb. executio singul. 4. Castiador. in decis. 7. de causa poss. & propriet. dicit istam partem communem. idem affirmat Nicell. de concord. gloss. concord. 52. fall. 60. Domini in cap. 2. in si. de dolo & contum. in 6. Feli. in cap. quia V. de iudiciis Ruin. consilio 102. volum. 3. & per Afflic. Maria. Socin. in tractatu de citat. & aliis, magis communem tenet Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 2. tit. de citationibus. conclusionem 1. a num. 12. 1. cum seqq. latè prosequitur membra huius distinctionis Marant. de ord. iudi. 6. p. prin. 3. & vlt. actu de executione sententiæ a numer. 16. cum seqq. latè etiam Menoch. de recuper. possessione rem. 8. numer. 77. cum seqq. vbi ponit etiam practicam huiusmodi faciendi citationem, Dueñas in regul. 94. Ioseph. Ludoui. decisione 6. & eruditè hoc etiam examinat Padilla de Meneses in l. 1. C. de iur. & facti. ignor. a numero 14. cum seqq.

Pro qua distinctione facit vna mirabilis conclusio, quod vbiunque in quolibet iudicio mutatur persona, siue iudicis, siue partis, etiam si præcesserint necessaria citationes, tamen noua alia præcisè faciendæ est. gloss. in l. consentaneum. in verbo, a quo. C. quomodo & quando iudex. & per Bart. Bal. Feli. & alios plures tenet Anton. Gabriel. communium conclus. lib. 2. tit. de citat. num. 114. fol. 91. Hierony. Gonzal. in regul. de mensi. & alter. gloss. 9. in annota. num. 134. & seqq. Peregrin. in tractatu de fideic. artic. 53. Marta in tractatu de iuris. d. 4. p. cent. 1. casu 33. num. 11. Vallasc. consulti. 38. per totam tom. 1. Puteus decisione 348. numero 1. & 2. lib. 1. & nos latè supra lib. 3. cap. 9. a numero 207. cum seqq.

Et in specie, quod quando erit faciendæ executio in persona, in executorialibus non nominata, citatio requiratur, vltra relatos Doctores probant Vestrius in praxi. Roma. Cur. lib. 8. cap. fi. sub num. 4. vers. que tamen. Añ. in praxi. iudi. §. 7. cap. 5. limi. 9. num. 6.

Hierony,

Hierony. Gabriel. consil. 52. num. 9. tom. 1. & alibi passim diximus.

Et quando fit executio in alia re, quam in 12 condemnata, puta, quado quis est condemnatus pro certa quantitate, pro cuius solutione capiuntur bona debitoris, quod requiratur tunc citatio, siue à principio, siue postmodum, saltim in sententia aditionis, puta de remate, quando traduntur plus offerenti. Roderi. Xuares in repet. l. post rem. limi. 11. & 12. n. 2. Padilla in l. quantum. 1. C. de iur. & facti. ignor. n. 20. P. in praxi. 4. p. cap. 2. n. 25. Auenda. in l. 4. & 5. n. 26. tit. 8. lib. 3. ordina. Azeued. in l. 19. n. 28. tit. 2. lib. 4. recipit. & n. 30. nisi in- 13 strumentum exequendum non contineat certam diem solutionis, quia tunc siue iudicialiter, siue extrajudicialiter interpellatur debitor, vt soluat, vt ex singulari doctrina Rebuf. tit. de litera obligat. art. 2. gl. 1. num. 67. tom. 1. Ioan. Gutier. de iura. confirmat. 1. p. c. 56. num. 2. Azeued. in d. l. 19. num. 29. Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. Meneses in l. 1. n. 20. C. de iur. & facti. igno. sic pariter in executorialium executione pro quantitate, in qua reus condemnatur, debet ei per iudicem intimari vt parti soluat, alias malam executionem declaraturum Senatui, aduertit Azeued. in l. si. tit. 2. lib. 4. recipit. Valdes in additio. ad Roderi. Xuar. in repet. l. post rem. in declarab. l. regni 11. limi. n. 1. Rebuf. tit. de senten. exeq. 1. tom. artic. 7. gloss. 9. numer. 12. Dueñas in regul. 94. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 17. num. 9. secus dicunt ipsi, quando sententia, aut instrumentum continent tempus determinatum, certumque terminum, quia cum debitorem interpellat, eo transacto faciendæ executio, iuxta l. a diuo Pio, cum suis §. ff. de re iudi.

Ex quibus omnibus & illud deducitur, 16 quod quoties in executione citatio necessaria est, si executor eam omiserit, nulla erit executio, actaque ab eo gesta corruunt. ita tenent Alexand. conf. 218. vifis in prin. lib. 2. Rota decis. 184. dic quod si in aliqua. cum decisione sequenti. Afflic. decis. 355. Guido Papæ quest. 70. in commissionibus. cum aliis, de quibus per Feli. in c. si constituerit. de accusa. Decius conf. 281. vifo. colu. si. lib. 5. Lapus alleg. 28. delegata qua allegatur 61. vifis, & c. Ancara. conf. 297. efficaciter. colu. 1. Arguid. decis. 68. alias 85. si executor. & decis. 175. auditor. Gozadi. conf. 2. num. 9. & 16. Vantius de nullitat. senten. ex defectu iurisdictionis. delega. & c. num. 92. ergo succedit vulgata regula l. 4. §. condemnatum ff. de re iudi. cum aliis, que exactissimè deduximus in eius comprobationem supra lib. 3. cap. 9. per totum, vt appellationi emissa 17 ab huiusmodi executione, si executor non detulerit, vim fieri, declarabit Senatus ad-

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

tus per hanc viam violentiæ, reponerèque mandabit.

Et in specie seu indiuiduo, quod huiusmodi appellationi ab executione, deficienti citatione, vbi est necessaria, sit deferendum præcisè, probant post Henricum Boic. in cap. de cetero de re iud. Anto. de Buttr. & Abb. Panormi. in cap. fi. de presumptio. tradit optimè Guido Papæ decisione 436. incipit cum materia. & iterum in questio. 87. num. 95. Lancelo. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 31. Abb. consil. 30. lib. 1. Rebuf. de sentent. execut. num. 10. & seqq. fol. 223. Cardinal. Tuscus practi. conclus. tom. 3. litera E. concl. 484. numer. 1. & idem Tuscus 1. tom. litera A. conclusione 4010. numer. 3. & num. 21.

Vnum tamen notabile nota; quod si executor merus datus pro executione executorialium, cum nullam habeat causam cognitionem, sed datus est ad executionem nudi facti ac puri ministerij, facta iam discussione eorum omnium, que incidere, & opponi poterant sententiæ ipsius executioni, qui nec est iudex, nec iurisdictionem habet, de quo latissimè diximus supra hac 4. parte cap. 3. à prin. si iste talis merus executor citauerit partem ex abundantia, & non ex necessitate, cum ad id non teneatur, ac 19 aliqua facit, que tendunt ad executionis maiorem iustificationem; tunc si iste talis citauit, non teneatur expectare citatum, quia non potest assumere partes iudicis, nec usurpare, nec arripere maiorem potestatem, quam sibi mandata est, iuxta text. elegantem in l. quicumque & l. contra C. de executor. & exacto. lib. 12. prout nos latissimè supra diximus duobus capitibus, proximè præcedentibus, & in terminis ita probant Feli. in cap. cum ordinem de rescript. & in cap. dudum num. 22. vers. secunda conclusio. de presumptio. Bald. in l. nec natales. ad si. C. de probatio. Rota decisione 15. de dolo & contuma. Benedic. Vant. in reperto. ad Feli. verbo, executor merus si citauit. Ruginel. in tract. de appella. §. 2. c. 2. sub num. 59. vers. sed istud. Cæsar. Contrar. in repet. l. vnic. limi. 2. §. 1. in si. num. 44. C. si de momenta. poss. fuer. appella. quod verum est in casu de quo loquimur, scilicet in executoro mero executorialium, ex rationibus dictis. Quid autem sit dicendum in executoro gratiarum mero, quando potest assumere partes iudicis, & procedere vt mixtus, vide supra lib. 2. cap. 13. à num. 83. & sequentibus. Et ita in prædicto casu appellationi emissa per sic citatum à mero executoro, deneganda delatio, ac vim non fieri, declarandum, cum à mero non sit licita, nisi ab eius excessu.

cc 3

Exc

- 21 Executorialium autem hi executores non vno, eodemque modo omnes, sententias sibi commissas exequendas, sunt effectui perducturi, sed aliter atque aliter diuerso modo, ac variato, prout conditio qualitasque negotij postularit. siquidem aut executorialiales continent quantitatem, seu genus, & summam pecuniariam, qua debitor quis est declaratus, & condemnatus, & tunc ad executionem procedendum est captis bonis condemnati in pignus, quod solemnibus subhaftationibus distrahitur, & proinde satisfaciere creditoribus, aut in solutum illa ei dare, iuxta formam text. in l. à diuo Pio ff. de re iud. l. ordo. C. de executio. rei iud. quod omnibus notissimum est etiam tabellionibus, vide Parlad. rerum quoti. lib. 2. c. fi. 5. p. 2. num. 8. Amador Rodrig. in tract. de executione cap. 5. à num. 22. & 25. ad si. Paz in praxi 4. p. tom. 1. cap. 2. num. 26. & 27. Marant. de ord. iudic. 6. p. actu si. tit. de executione sentent. à num. 8. cum seqq. & à numer. 19. vbi post alios valde eleganter declarat praxim. optima videnda lex 3. tit. 29. p. 3. & ibi Gregor. Lopez. & quod dicimus de sententia pro quantitate, idem
- 23 intellige de instrumento guarentigato, quo pecunia etiam promittitur, quod eodem modo exequitur ex eisdem Doctoribus etiam. Et quia generaliter procedit identitas modi exequendi in vtroque, quia parificantur à iure, vt statim dicemus ad fi. cap. num. 100. & tunc non potest executor incipere à captura personæ ante discussionem bonorum, quando scilicet ea facta, bona sufficientia non reperiuntur. quod si aliter fieret executio, non tenet; vt post Bart. Bald. Alexand. Patri. de Puteo & alios probat Marant. vbi proximè num. 9. Et quod huius ordinis peruersio sit excessus & nullitas in executore falem, latè probauimus supra hoc lib. 4. c. 3. à num. 101. & nominatim, quod executor incipiens à captura ante discussionem bonorum pro soluendo debito pecuniario, committat excessum appellabilem, tenet Abb. Panormi. in cap. quoad consultationem. de sentent. & re iud. num. 27. post med. & sic sequitur, quod appellationi ab hoc excessu interiectæ non deferens executor, vim faciet reponendam.
- Aur enim sententiæ, & eius executorialiales
- 25 continent præstandam certam, & determinatam rem, & speciem, ita quod speciei sit faciendæ traditio, & executio, vt domus, vinea, vestis, & similiter; & tunc executor compellere debet ipsum condemnatum ad tradendam rem ipsam, in qua condemnatus fuit, quia ad id præcisè tenetur. adeò quod executor (ipso renuente tradere) eum à possessione decedere, etiam vi, & manu militari

potest, & eandem possessionem tradere, & restituere victori, pro quo lata fuit sententia, quæ quidem obligat præcisè ad factum traditionis, nec soluendo interesse liberatur damnatus, si habet facultatem rei restituendæ. ita probat text. in l. qui restituere. ff. de rei vindi. & ad hoc notat ibi Odofred. Alberi. Angel. & communiter omnes Doctores, §. & si in rem. instit. de off. iudicis. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. colum. 14. num. 37. Immol. colum. fi. Roman. num. 72. Alexand. colum. antepenul. ff. de verbor. obliga. Vincentius in l. in executione. colum. 50. eodem tit. III. in l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. possess. num. 9. colum. 19. & ibi Salicet. num. 38. Bal. in d. l. qui restituere. 1. lectura & colum. 1. Anto. Gomez optimè variat. resolutio. lib. 2. cap. 10. sub num. 22. vers. quintus casus est. Bal. in l. vni. colum. penul. C. de sentent. qua. pro eo quod inter. idem Bald. & Barto. in l. properandum §. sin autem reus C. de iudicis, & ibi gl. verbo, audiat. Speculator in tit. de executione sententiæ §. sequitur, in princ. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 27. p. 3. gloss. 12. verbo, en aquella cosa misma, per eandem legem ad si. ibi gl. mas quando el juicio fuesse dado sobre cosa cierta, que fuesse mueble, o raíz, que ome demandasse por suya, entonces debe cumplir el juicio en aquella cosa misma de qualquier natura que sea. & per Bald. & Gregor. tenet Parlad. lib. 1. rerum quoti. cap. 6. à numer. 4. & seqq. probat etiam text. in cap. cum Beraldo. de sentent. & re iud. probant etiam Doctores statim allegandi.

Et ex hoc eleganter argumentatur Bal. in l. vnica. colum. penul. C. de sententiis qua. pro eo quod inter. vbi dicit, quod si in venditione alicuius speciei, & alicuius rei, fundi puta, est factum instrumentum, quod habeat paratam executionem, quod venditor præcisè compellitur ad tradendum. mouetur, quia talè instrumentum habet vim sententiæ transactæ in rem iudicatam, & ex sententia venditor damnatus præcisè cogitur ad tradendum rem ipsam, iuxta d. l. qui restituere, quam ibi mirabilem vocat Bal. ad hoc, quod licet debitor liberetur præstando interesse, sit verum, nisi lata sit sententia diffinitiuæ super traditione, quia tunc præcisè tenetur, cum omnis sententia præcisè obliget. Hoc Baldi dictum ad sidera exclamat doctissimus Roderi. Xuarez in reper. l. post rem. ff. de re iud. in declaratione l. Regni extensio. 3. vers. tertia & famosa extensio sit, & ibi idem tenet eius additionator Baldez fol. mibi 122. in prin. sequitur Gondizal. de Paz in praxi 4. p. 1. tom. cap. 1. num. 51. Parlad. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. 2. num. 4. quem sequitur Amador. Rodrig. de executio. cap. 5. num. 21. ad si. & n. 22. & per Bal. vbi supra, & Petrum de Sur. in l. 1. ff. de

- de actioni. empti. & Fran. de Pa. in l. certi condi. §. 1. ff. si cert. pet. idem affirmat Castellus in l. 63. Tauri. fol. 179. colum. 4. in fi. & seqq. & ita legem §. tit. 27. p. 3. intelligit ibi Gregor. Lopez.
- 29 Vnum tamen dicit Parla. ibi d. n. 4. quod quando res in specie præstanda erit, pro qua executio petitur, executorem facere præceptum reo, vt intra certum tempus, puta triduum, rem restituat, eamque illo non restituente, aut mittitur actor in illius rei possessionem, aut reus cogendus etiam manu militari rem restituere, iuxta d. l. qui restituere. quoniam (inquit ipse) licet hoc casu citationem necessariam non esse (vt & nos de sententiâ exequenda in eadem re condemnata superius diximus) putat tamen ciuilius facturum iudicem, si prius reum interpellari faciat, quem videtur sequi Amador Rodriguez vbi proximè. Pro quo facit, quod dicunt Vestrus in praxi Roma. Cur. lib. 8. c. vlt. sub num. 3. vers. quamobrem. Cardina. Alexam. in c. ex ratione 8. sub num. 61. vers. secundum caput est. de appella. Rebut. in tract. de sentent. executione art. 7. gl. 11. n. 16. vers. quareo amplia. tom. 1. fol. 371. vt in executione tutius erit facere interpellationem, & quod fieri possit citatio ex superabundanti (non tamen etiam in hoc casu necessaria est ex his, quæ supra diximus in tertia opinione) & dixerat etiam ipse Parlad. antea in lib. 1. rerum quoti. c. 10. sub num. 1. & 2. quod quando instrumentum guarentigatum in iudicium editur, pro quo est promissa alicuius rei traditio ex empto, puta, aut donato, & similibus, statim emptorem in possessionem rei mitti, à iudice iubetur, cum vulgari clausula, saluo iure melioris possessoris, &c. (de cuius clausulæ effectu vide remissuè per nos 2. p. c. 15. n. 43.)
- 32 quam quidem possessionem, possidete venditore, huius instrumenti virtute, etiam non citato possessore, propter clausulas guarentigatas dari posse (inquit ille) ex Par. de Puteo de syndica. §. index cap. 2. num. 36. ff. in l. ne quicquam §. vbi decretum num. 7. ff. de off. proconsulis. Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. Bart. & extori in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. (secus alio possidente, à quo absque causa cognitione præcedente possessio auocanda non est, vt ibi probat, & nos latius Deo dante infra in c. 8. de excessu de persona ad personam.) Itaque isthæ citatio, præceptum, seu interpellatio etiam hoc casu necessaria non est, nec etiam si omittatur, iudex Ecclesiasticus vim faciet, denegando delationem appellationi, ab eo hac de causa interiectæ, cum non requiratur aliter, quam ex vrbaneitate, & simus in executiuis.
- 33 Insuper superius propositam à nobis do-

ctrinam, qua diximus condemnatum ad rem restituendam teneri, poséque ad eam tradendam cogi etiam manu militari, si opus sit: intellige, si condemnatus habeat facultatem illam restituendi, secus si non habeat, puta, quia perit, vel est amissa, mortua, rapta, vel absens, vel quid simile, quia tunc non compellitur præcisè ad eius traditionem, sed solutione interesse, seu æstimationis liberatur, text. elegans in d. l. qui restituere. ff. de rei vindi. l. Iulianus ff. de confessis. gl. singularis in §. pretium. inst. de emptio. & venditione. in verbo tradatur, & ibi notat & commendat Faber, Angel. & communiter Doctores. tenet etiam Bart. in l. 1. ff. de actio. empti. 3. colum. num. 12. vbi communiter ceteri. idem Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. colum. antepenul. ff. de verbor. obli. Fabia de Monte in tract. de emptio. & ven. 6. q. princ. & illam glossam ad hoc reputat singularem Angel. in §. actio. inst. de actio. col. 8. num. 14. qui loquuntur in contractu venditionis. tenent etiam Bart. in d. stipulationes, 4. col. 8. oppos. Ioannes de Immol. in l. 4. §. caro ff. de verbor. oblig. col. 6. & ibi Doctores, qui loquuntur in depositario, mandatario, & similibus, & in vtroque casu optimè Anton. Gomez variat. resolut. 2. tom. cap. 10. sub num. 22. circa fin. vers. sepimus casus. & vers. octauus casus. probat expressè etiam l. 3. tit. 14. p. 5. vbi latè videndus Gregor. Lopez.

Et in genere, quod quando res seu species certa in sententia, vel instrumento contenta, pro qua erat faciendæ executio, perempta sit, pro illius æstimatione faciendæ sit executio, per Bart. in l. Iulia. ff. de confessis. tenet Parlad. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. 2. num. 9. & idem affirmat in lib. 1. c. 6. num. 13. Palacius Rubeus in l. 63. Tauri n. 32. vltra quos etiam Romanus conf. 270. num. 4. vbi de communi, & plura adducit Angel. Areti. conf. 136. à num. 13. & 18. cum seqq. Castren. in l. 1. num. 4. C. si aduer. vsucap. Viui. commu. opini. 341. n. 2. Afini. de executione §. datio in solu. c. 2. §. 8. n. 7. Afflic. decis. 347. num. 4. & decis. 369. num. 4. &c. quem sic declarat Bolognet. in l. vinum num. 84. ff. si cert. petat. Riminali l. 1. n. 68. instit. de testament. Roderic. Xuarez in l. post rem iudicatam nota. 3. num. 3. amplia. 2. ff. de re iud. Marcus Giurba decis. 115. num. 6. Borgninus Caualcanus decisione 27. num. 2. cum sequentibus. latè Cardinal. Tuf. practicar. concl. tom. 7. litera S. concl. 126. num. 102. & num. 127. pro quo facit l. 42. tit. 5. p. 5. rationem reddit optimam Bertach. in tract. de gabellis 2. memb. 8. p. princ. de gabellis rerum inanimatarum. quia verba adaptantur falcem implicitè, cum quantitas æstimationis semper in sit rei petite æstimabili, secundum gl. quam dicit

cc 4 notabilem

- notabilem in *auth. generaliter*, & ibi Bal. C. de *Episcop. & cleri. allegat l. si in a fideiussorem acceperat. ff. de fideiussor. facit etiam in specie de condemnato, qui non habet facultatem rei restituendæ, ad quam condemnatus est propter eius absentiam. l. 5. ante medium tit. 27.*
- 36 p. 3. ibi, e si el condemnado dixesse, que non podia fazer luego entrega della, porque es en otra parte, si esto non dixesse maliciosamente debe dar buenos fadores, que aquel plaço que el inzagador tuviere por guissado, que de aquella cassa, o aquello en que fuere apreciada si non la pudiese haber, &c. quæ est elegans, vbi Gregor. Lopez. gl. 2. verbo e si el condemnado adducit pro concordanti §. 1. & gl. ibi in *tit. de off. iudi.* & insuper quod quando condemnatus non habet facultatem rei restituendæ ad quam condemnatus sit, quod fiat executio in æstimatione eius, & vero valore, probat text. in l. *Iulianus. ff. de confessis.* optimè Castillo in l. 63. *Tauri fol. 129. colu. 2. ad fi. & colu. 4.* vbi dicit,
- 37 quod si postquam petita est executio in re, ipsa perierit, iterum prosequenda est executio in alia rei debitoris, loco rei preempræ, allegat ad hoc l. *si seruo §. ff. de verbor. obli. & in l. Iulianus ff. de confessis.* qui Castellus videtur intelligendus in alia re, id est, æstimatione. de quo vide etiam quæ infra, cap. 9. à num. 206. hac 4. p. & c. 10. à n. 136.
- 38 His conuenit, quod dicit Vincentius de Franch. *decis. 228. p. 2.* quod quando fuit declaratum per sententiam, cuidam Baroni ratione pascuorum debere pro singulis centum ouibus, seu capris, vnam ouem, seu capram. vt nihilominus aduersus habentem minorem summam ouium, esse executioni mandandam sententiam, attentio numero gregis, & pro rata faciendam computationem. & insuper in nostro proposito, quando Baroni pertinet dimidia pars ouis, quia quis non depascit nisi quinquaginta, tunc cum animal non recipiat diuisionem, est faciendæ executio in valore, & æstimatione dimidiæ ouis, ne sententia aliàs sibi redderetur frustratoria, contra l. *si prator ff. de iudicij.* vbi alias executionis species circa huc casum annexit ibidem per totam decisionem, quem vide.
- 40 Pro quo est text. expressus in l. *si longis C. de executione rei iudica.* cuius verba sunt: Si longis aperitisque frustrationibus partis aduersæ, restitutio remorata est, etiam feruis rebus humanis exemptis, à frustratore æstimatio eorum restituenda est, animalia quoque cum fortibus tibi intercessu præsidis representabuntur, &c.) & ibi notat expressè in sumario Bal. Bart. Salicet. & Paul. Castrenf. vt focus sit, quando facultatem habet rei restituendæ, cogitur præcisè ad factum

traditionis. Bart. in l. *stipulationes non dimittuntur. la. 2. ff. de verb. Socin. cons. 228. colu. vlt. in fi. num. 9. vers. sed contrarium. lib. 2.* Gratian. latè in *disceptatio. foren. cap. 160. à prin.* Petrus Surdus *decis. 304. per totam.* vltra superius relatos.

Tertia species executorum est, quando in executorialibus continetur merum factum, pro quo præstando aliquis condemnatus est, quando scilicet hoc factum consistit in animo, facultate, & voluntate ipsius condemnati, & per illum experiendum est, vt puta domum facere, scribere librum, renuntiare officium, vel beneficium, exhibere mandatum, præstare patientiam, vel consensum in aliqua re, præstare cautionem, aut fideiussores, facere instrumentum, & similia, ad quæ quis erat obligatus. in quibus peragendis eorumque effectu, & executione, condemnati persona, & operatio requirunt. Harum igitur executorialium 42 executorum (qui verè compulsores dicuntur) vim non faciunt, si compellant condemnatum ad illud factum peragendum, non admisso oblato per eum interesse, nam sententia præcisè obligat ad factum. Et licet aliàs qui tenetur ad factum, præstando interesse liberetur, non tamen procedit, si per sententiam fuerit iam ad factum condemnatus, nam tunc ad faciendum compellitur, & præcisè cogitur. Bal. in l. *qui restitueret. post gl. ibi. ff. de rei vindic. idem Bal. in l. vnica. colu. penult. C. de senten. que pro eo quod inter. Roderi. Xuar. in repeti. l. post rem. in declaratione l. regni extens. §. 3. tertia famosa extensio sit. optimè Gregor. Lopez. in l. 5. tit. 27. p. 3. gl. 3. verbo, que debuisse fazer, per eandem l. quæ id probat, ibi, e si la sententia fuisse dada contra algun demandado en razon de alguna cassa, que debuisse fazer, debelo apremiar que la haga, asi como fue pnesto, o lo prometio, &c. idem probat post alios Castell. in l. 63. *Tauri fol. 29. colu. 4.* vbi latè, & probant etiam Doctores superius allegati à num. 25. & seqq.*

Nunc vtiliter queri potest; an huiusmodi executores excedant ob contumaciam condemnati illum incarcerantes, seu per capturam compellentes. In quo breuiter dicendum est, quod non, cum huiusmodi executionis generis propria executio, & compulso, sit carcer. tum quoniam hæc verba (compelli, & cogi) pertinent ad meram executionem, & præcisum factum, significansque executionem, text. est optimus in l. *fi. C. de litigiosis*, vbi communiter Doctores. eleganter Bal. in l. 1. num. 8. & 9. *C. de executione rei iudicata. B. in l. 1. C. eodem tit. Panormi. olim num. 23. de litis contestatione. Parla. lib. 2. rerum quoti. c. fi. §. p. §. 1. n. 18.* quem

- quem sequitur Amador. Rodrig. de executione c. 15. sub n. 5. ad fi. optimè post alios Rod. Xuar. in repeti. l. post rem. in declaratione l. regni. §. circa iudicem videndum num. 8. fol. 166. col. 4. & probat text. in l. *Episcopale. in auth. si quis litigantium. C. de Episcopali audi. text. & ibi gl. in *Largentarium §. 1. ff. de iudicij.* vbi Doctores l. cum vnus §. penult. ff. de bon. antho. iudi. post d. text. in l. penult. C. de deposit. ex quo enim executor moneat condemnatum, vt adimpleat faciendum, cum semper compulsionem debeat præcedere monitio, vt eleganter post alios docet Feli. in c. *præterea, de sponsal. text. optimus in c. ex literis el. 2. de sponsa.* ibi, mandamus, vt eum moneas, & si monitus non acquieuerit, censura compellas, vt in vxore recipiat, &c. c. 2. eodem tit. ibi, comonendi sunt, & omnibus modis inducendi. text. in c. *requisiuit. eodem tit. ibi, monenda est potius quam cogenda.* & verbum illud, potius, id est, prius, vt declarat gl. in d. c. ex literis, verbo compellas, &c. & ibi Innocen. in fi. Alex. de Neuo num. 18. Gofred. in summa tit. de sponsa. n. 10. Thoma Sanch. de matr. lib. 1. *disput. 29. n. 1 & sub n. 4.* quæ nos hoc c. ad fi. vers. circa hæc autem. à n. 87. & 65. &*
- 47 intra quantum tempus debeat adimplere, & tenebitur facere monitus, vide Bal. in l. *fi. colu. fi. C. de executione rei iudi.* Gregor. Lopez. in l. 5. tit. 27. p. 3. gl. 4. verbo, debelo a premiar. igitur si monitus non subiicit animum, & voluntatem condemnatum, ex qua executionis perfectio omnimodo dependet, cum in sua facultate effectualis facti executio constet, quomodo poterit habere effectum sententia: si ad vincendam subiiciendamque eius voluntatem, & animum, non detrudatur corpus, vt tædio affectus desistat à contumacia, & inobedientia, cum directò exequi sententia nullo modo possit, & frustratorie manerent executoriales, iudicia, ac iudices, si aliter expectaretur eius libera, seu gratiosa voluntas, & sic per indirectum, & causatiuè reducenda est, vt factum adimpleatur. facit doctrina Auenda. de exec. cap. 20. sub num. 6. optimè l. 19. tit. 4. p. 3. vbi Grego. Quare ob hanc nimiam contumaciam, & inobedientiam, ac iurisdictionis contemptum, delinquens detrudatur, carcerèque prematur, ne iustitia & iudicia, iusque partis, ob defectum executionis efficiantur deteriora, neque ex sua dolosa malitia fructum consequatur. Et in terminis ita inuenio glossam celebrem in l. *stipulatio. §. sue. in verb. sue. ff. de oper. nou. nuntiatio.* vbi dicit ex hac litera colligi argumentum, quod scriptor potest præcisè cogi ad scribendum, & poni in compedibus, &c. quæ est mirabilis. Facit etiam text. in l. *penult. C. de depositi.* ibi, ei,

qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur. &c. text. in *sciendum. vers. quibus. in tit. de satisfat. tuto.* ibi, vt nisi caueant tutores, & curatores, pignorbis capris coercerentur, &c.) quæ iura ita ponderant, & intelligunt Bal. in l. *hi qui C. locati. Auenda. in tit. in declaratione l. 5. de las exceptiones ordin. n. 14.* Amador. Rodrig. in *tract. de executione c. 5. num. 23.* Montal. in l. 2. tit. 8. lib. 3. *fori. gl. verbo por deuda.* optimè Parla. lib. 2. *rerum quoti. c. fi. §. p. §. 2. n. 6.* qui dicunt, quod cum depositum factum petatur ad factum quod præstandum præcisè compellitur, sed eo facere recufante, tunc vel captis pignorbis, vel carceris coercionem cogitur reus ad factum, vel depositum exhibendum. quod quidem pariter & eleganter affirmat Rebut. *tract. de literarum obligat. art. 6. gl. 3. num. 16. tom. 1.* hoc idem demonstrat Baldef. in additio. ad Roderi. Xuar. in repeti. l. *post rem. notab. §. 5. adde quintum. num. 1. fol. mibi 106.* & quod ad hoc factum exhibendi depositum præcisè compellatur, vide vltra eos Anto. Gomez lib. 2. *varia. cap. 10. sub n. 2. ad fin.*

Et ita intelligo Cardinalem Tuscum *præf. conclus. tom. 1. litera A. cond. 101. num. 11.* post Iul. Clar. in *pra. cri. §. fi. quest. 46. n. 2.* & Gemi. *cons. 99.* dum dicit, vt appellatio ab executione facti non admittatur, & sic nec datur à carceratione facti, vt loquatur prout in terminis, de quibus nos, vt à carcerato compulso pro facto condemnato, non admittatur emissæ appellatio. Hinc etiam est vt si tutor, curator, seu administrator prout sit, in non exhibendo bona Domini ad faciendam sententiæ executionem in ea; potest in carcerem detrudi, quousque illa exhibeat, & à contumacia desistat, ita docet Bal. in l. *prima. C. quando fiscus vel priua. alios referens sequitur Parla. lib. 2. rerum quoti. 2. p. c. fi. 4. p. §. 3. in prin.* Amador. Rodrig. de *execut. cap. 4. sub n. 3. o. ad medium.* & probatur insuper, quia promittens contrahere matrimonium, compellendus est non solum per censuram (vt infra diximus) sed etiam per carcerem. Henriq. lib. 1. *de matr. cap. 13. n. 4.* Thomas Sanch. de *matr. lib. 1. disput. 29. sub n. 4. in prin.*

Pro quibus etiam facit, quod quando violentus possessor condemnatur, vt desistat à possessione (quæ ex animo pendet) si nolit desistere ab ea, & à violentia incarceratur, vt videre est per Palado. lib. 1. *rerum quoti. cap. 10. num. 7.* & probatur insuper, quoniam quando executio executorialium pro debito pecuniario executori committitur, licet iste non debeat incipere à captura personæ, sed demum facta excussione bonorum

norum debitoris condemnati, quibus non repertis sufficientibus, vltimò deuenit ad capturam personæ, exactissimè post plures Marant. de ord. iudi. 6. p. prin. act. 3. & si. de execut. sentent. sub num. 8. & 9. fol. 652. tamen executor potest debitorem compellere, vt sibi indicet sua bona secura, & sufficientia, in quibus excussio, & executio erit faciendâ, quam quidem compulsione, per capturam & carcerationem personæ fieri, dicit per gl. in l. penul. ff. de cessio. bonor. Paris de Puteo relatus ac sequutus à Marant. vbi proximè n. 2. 5. Marra de iurisd. in 4. p. cent. 2. casu 151. num. 9. fol. 256.

57 Et tandem isthæc doctrina nostra probatur, quia compulsio fit per manum militarem, & violentiam, vbi aliter executio fieri, nec perfici, potest. d. l. qui resti. ff. de rei vin. vt in nostro casu, quando pendet à voluntate, & animo condemnati, & eius mera perfonalitate, idque est præcisè faciendum. & ab huiusmodi compulsione nullus, qui ad factum personale teneatur ex sententia, se potest monitus excusare, quantumuis aliàs priuilegiatus sit, vt pro delicto ciuili capi non queat. siquidem in hoc casu non capitur ex debito, sed ex delicto, seu quasi, scilicet ex inobedientia, & mera contumacia.

Et istam nostram opinionem communis & vniuersalis praxis tribunalium, ac iudiciorum obseruat, vt quando quis compelli mandatur ad aliquid exhibendum, vel ad faciendam confessionem, vel scripturam publicam, seu instrumentum, & similia, vt adimpleant executionem, condemnatum executores in carcerem detrudunt, & ibi illum detinent, quousque à contumacia desistat, & executorialibus obediat. Quare cum isthæc carceratio sit propria executio compulsiois, & id essentialiter comprehendant executoriales, quarum executio executori committitur, si ea vtatur, excessum aliquem non facere, declarandum est, & per consequens appellatiõni hac de causa interiectæ, si non deferat, vim nullam faciat executor, & causam iterum sibi à tribunali remittendam, quod comprobatur ex iis, quæ infra à num. 66.

60 Circa quod notabiliter aduerte, vt isthæc compulsio non solum potest fieri per executionem personalem, hoc est capturam personæ; verum etiam per excommunicatiõnem, & censuras Ecclesiasticas, tum quia excommunicatio pertinet ad executionem, & est actus executiuus, optimè Marra de iur. 3. p. cap. 4. num. 2. tum etiam quia excommunicatio ab homine non fertur nisi per contumaciam, latè Philip. Fran. in c. cum sit Roma. §. præterea. num. 3. de appella. Sigisimun.

Efficacia de appella. quest. 17. limi. 32. num. 18. prout est in nostro casu. tum etiam ex Conc. Trid. vbi expressè probatur sess. 23. de reformat. cap. 1. ante si. vbi loquendo de clericis nolentibus resistere, in hæc inquit: Quod si per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult ordinariis, per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliisque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere, nec executionem hanc quolibet priuilegio, &c. Facit insuper præ oculis semper habendum Tridentini decretum de reformatione sess. 5. cap. 3. dum ita disponit, post prin. ibi. In causis verò iudicialibus, mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existant, vt quoadcumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quam diffinendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdictis; sed liceat eis, (si expedire videbitur) in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captiõnem pignorum, personarumque distributionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, &c. sequitur & facit: Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis (vt supra) fieri poterit, erit à censuris abstinendum; sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vt, &c. At in nostro casu quando condemnatur etiam quis ad factum præcisum, cum aliter fieri non possit executio, nec parti satisfieri, nisi per obedientiam, & implementum executorialium, compellendus est per capturam, seu executionem personalem, & demum per censuras, contumacia crescente, ex dicto Concilio, & ex supradictis, quemadmodum etiam & pro qualibet executione censura fieri potest & expediri, seruatõ huius decreti Tridentini ordine, & apparebit ex Doctoribus mox citandis, & ex declaratione Cardinalium super eodem decreto, & ex Marra d. c. 14. n. 15. & sequentibus.

Hinc etiam est, quod condemnatus ad recipiendam aliquam in vxorem vigore alicuius obligationis, vel etiam priuatæ, & comprobatæ schedulæ, quam fecit mulieri, promittens

mittens illam in vxorem habiturum; cogendus, & compellendus est per Ecclesiasticas censuras, promissionem adimplere, pro executione sententiarum, ita per cap. 1. & 2. de adulter. c. ex literis. c. sicut. & c. requisit. de sponsal. c. de illis. c. ex literis. & Feli. in c. 1. n. 12. de pace. & alios tenet eleganter Rota in terminis, in vna decis. nouissi. ex recollectis per Fari. 2. 5. per totam fol. 10. videnda omnino, qua harum sententiarum executionem ita esse faciendam, latè comprobatur. ita tamen vt debeat præcedere monitio, postmodum autem compulsio per censuras Ecclesiasticas, vt veriore opinione (aliis ab eo relatis reiectis) resoluit cum Thom. Sanch. de matr. lib. 1. disput. 2. 9. per totam, vbi eleganter de hoc articulo, & alios plurimos Ioan. Gutier. de matr. 1. p. c. 15. à prin. prosequitur etiam latè Fran. Cardin. Manti. in tract. de contract. tom. 1. lib. 3. tit. 18. vbi refert etiam causas, propter quas huiusmodi compulsio, & executio cessare debeat inter quas quando ex executione, & matrimonio timetur aliquod periculum, vel scandalum, & quando id contingat, vidè latè per eos DD.

67 Hinc non inutiliter quæri potest, à declaratoria sententia incurfus censurarum, lata pro cuiuscumque rei iudicatæ executione, appellatiõni interiectæ non deferens, executor an vim facere, declarabitur. Et vim fieri hanc licitam reputans appellatiõnem, firmat Camil. Plautius in tract. de pen. Episcop. à num. 27. fol. 534. tom. 5. tract. nouor. & facit pro eo quod latè supra dixi lib. 2. cap. 5. n. 33. quod licet ab excommunicatione non liceat appellare; tamen à declaratoria, aliquem in eam incidisse, permittitur quoad vtrumque effectum.

68 Sed contrariam sententiam, & opinionem, veram, & indubitatam reputo, quia talis declaratoria sententia est pars executionis rei iudicatæ, & quemadmodum non potest appellari à tota executione, minus à parte. Et quia cum à principali executionis iudicio non suspendat appellatio, pariter nec ab incidentibus interiectæ, vt supra lib. 2. dixi cap. 6. à num. 1. & seq. Vnde cum is, qui non appellauit infra decem dies à sententia sui natura appellabili, non poterit deinde appellare à citatione, qua iudex eum monet, ad videndum se declarari, & denuntiari, quia illa citatio est actus executionis, Lancelo. de assent. 2. p. cap. 12. limi. 50. num. 118. & 119. & faciunt quæ nos supra hoc lib. 4. c. 1. à prin. diximus, & latissimè supra 2. p. c. 3. à n. 12. cum seqq. & à prin.

70 Et hanc nostram sententiam, & opinionem contra Camillium Plautium vbi proximè, tenet Nicol. Gar. de benef. 1. p. c. 5. n. 586.

loquendo in subexecutore literarum pensionis, dicit, quod cum causa sit executiua, declaratio non est appellabilis, licet nullam rationem nec auctoritatem pro se adducat. Sed idem tenent loquentes in executione rei iudicatæ, de assent. Lancelo. 2. p. cap. 12. limi. 2. 1. num. 27. Efficacia de appella. q. 17. limi. 2. 2. num. 43. & seqq. Casar. Contar. in l. vni. limi. 19. in fi. & num. 20. C. si de momenta. poss. & loquendo in declaratoria incurfus censurarum pro executione obligationis in forma Cameræ, vt non suspendat appellatio, sed vestiatur executionis natura, probat Gallef. ad for. cam. oblig. in 2. p. 3. princ. in c. reliqua de processu. num. 43. iunctis iis quæ scribit n. 38. & seqq. fol. 363. quem referens sequitur Lancelo. vbi proximè num. 26. & loquendo in executione literarum Apostolicarum, dicit optimè Marquela. de commiss. 1. p. cap. 13. n. 1. vt huiusmodi appellatiõnis, cum non suspendat, non datur commissio, nisi cum 74 clausula (parito breui) allegat Cassiada. deci. 10. de rescrip. Staphi. de literis iusti. c. prædicta n. 13. Puteus decis. 41. p. 1. Cardinal. Tusc. præficar. conclu. tom. 1. litera A. concl. 40. n. 9. & vide quæ nos supra lib. 3. cap. 3. vers. fis & illius sententiæ, à num. 84. & latius lib. 2. cap. 3. per totum & ante fi. Et hæc nota, quia vtilissima valde sunt, & quilibet etiam doctus contrarium responderet motus regula generali.

Deinde probatur, quia licet possit appellari à captura & carceratione, eo modo, quo diximus supra suo loco: tamen à decreto capturæ pro executione rei iudicatæ, aut instrumenti guarèrigiati, habentis executionem realem, & personalem paratam, non datur appellatio, ita Efficacia de appella. q. 17. limi. 47. memb. 1. n. 160.

Et quod appellatio à carceratione iniusta permittatur, nisi quando carceratio fit pro causa inappellabili, probat Ruin. in l. de appellatio. cap. 3. num. 178. Efficacia de appellatiõni. q. 12. n. 148.

Ex quo sequitur etiam, quod cum hæc 76 declaratoria sententia pro executione rei iudicatæ, sine obligationis cameralis, seu literarum Apostolicarum lata, regulariter vestiatur, & assumat naturam iudicij executiuæ, cui incidit, vt appellatio careat suspensio suo, quemadmodum ab ipsa executione dicendum venit, vt quemadmodum ab hac appellatiõni defertur, quando in ea modus exceditur, pariter est permittenda ab huiusmodi declaratoria pro executione lata, quando in ea exceditur modus, & limites excommunicationis præcedentis, quia tunc ab excessu hoc vt licitæ, nisi deferat executor, vim faciet, & in terminis ita dicit Efficacia

cia de appella. q. 17. limi. 2. 2. sub num. 7. vers. intellige hanc extensionem. & exemplificat n. 12. per Immol. & Franc. quos referens sequitur Lancelo. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limi. 2. 1. à num. 14. 15. & 16.

77 Et ad prædicta vnum est notabile, quod executor merus, hoc est, ad nudum factum, & purum ministerium datus, cum non habeat iurisdictionem, nec causæ cognitionem aliquam, nisi exequi factum; potest deputari etiam non constitutus in Ecclesiastica dignitate, nec in illis obseruatur constitutio text. in c. statutum, de rescriptis lib. 6. Zabarella conf. 103. circa si. num. 10. vers. ad vltimum. & n. 3. & per totum. & Federicus de Senis conf. 115. casus talis est. num. 2. vers. sed an executor. Cardi. Tusc. practi. concl. tom. 3. lit. E. conf. 497. n. 1. 2. & 3. & alibi passim per Doctores. ideo isti executores dati ad compellendum ad aliquod factum sunt meri executores, non mixti, quia nihil aliud teneatur expediti nisi compellere ad ipsum

78 factum, & ideo non requiritur, vt sint in dignitate constituti. Pro quo nota vnam elegantem decisionem apud Puteum, 192. in ordine lib. 3. fol. 365. in hac: Iudices in compulsores literis dati, non debent esse in dignitate Ecclesiastica constituti, nec in ipsis seruandum est c. statutum, de rescriptis in 6. quia non sunt dati iudices, sed executores ad compellendum, & tales non includuntur sub dispositione d. c. statutum, ita colliges ex his, que dicit Staphileus in tract. de literis gratiæ & institutis. fol. 41. hinc videmus, quod in literis compulsores literis, talis compulsio committitur clericis, & tabellionibus. ita dixi in Rota die 19. Decembris 1548. & placuit Dominis. Hactenus de dicta decisione.

79 Quarta & vltima species executorialium executoris est, quando ei committitur executio executorialium pro iuribus incorporalibus, puta iure eligendi, presentandi, & similibus, & tunc executor in procedendo nullatenus se habere debet, quam vt is secundum quem pronuntiatum est, suapte queat autoritate, iure suo vti, prout est pronuntiatum, cum reali executione opus non sit, docent Innocen. in c. cum nostris, de concess. prebenda. & Bal. in l. iudere cauere. ff. de iuris d. omnium iudi. Parlador lib. 2. rerum quoti. c. fi. p. p. 2. num. 7. quibus conuenit, quod dicunt Thom. Grama. decis. 59. n. 43. & 45. Arifmi. Tepatus tom. 2. tit. de acquir. fol. 288.

80 colu. 3. in prin. quod ex sola sententia iudicis in rebus & iuribus incorporalibus, transferatur ciuili & naturalis possessio. & sic alia aduali executione opus non est. quod ego intelligo, quando condemnatus obtinenti executoriales patitur iure suo vti, at fecus

si non patiarur, & aliter non possit suo iure vti victor, quia tunc præcisè tenetur patientiam præstare, & ad id compelli potest, probant gl. iuncto text. in l. harum ff. si seruitus vindicetur, tenet Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. colu. 14. num. 37. ff. de verb. obligat. Salicet in l. vni. C. de senten. qua pro eo quod int. colu. 11. num. 38. Anto. Gomez tom. 2. v. v. r. resolu. cap. 10. sub num. 2. ante si. vers. secundo infero, vbi dicunt, quod sententia lata in confessoria, qua declaratur ius actoris, & condemnatur reus ad patientiam seruitutis, quod præcisè tenetur, & compellitur, illam patientiam præstare. pro quibus facit elegans Rotæ decis. quam citauit infra hac 4. p. cap. 14. sub num. 243. & 244. Et quia ideo operatur patientia in iuribus incorporalibus, vt iurisdicatio, immunitas, seruitus, & id genus, quod traditio in corporalibus, ac ideo quemadmodum in istis actualis traditio pro executione sententiæ requiritur, ita in illis ad sententiæ executionem victus compellendus est pro patientia, exactissimè comprobatur & examinat nostras Ioan. Garcia de nobilit. gl. 8. §. 1. à princ. vsque ad 6. vbi latè, quod sola sententia in incorporalibus non transferat dominium, sed requiritur executio & compulsio pro patientia. & sic falso loquuntur Gram. & Arifmi. pro quo facit & determinauit Rota Roman. in vna Calagurritana pensionis 2. Martij anno 1598. coram Corduba, & in alia Neritonen. pensionis 5. Nouembris anno 1601. coram Litta, & in alia Brixienf. 23. Maij 1594. coram Cardina. Mili. prout testatur referens Gratia. in disceptatio. foren. 1. tom. cap. 113. num. 75. & 76. quibus firmat, fuisse dictum: in apprehensione quasi possessionis iuris in incorporalibus requiritur executionem, esseque necessarium actum apprehensiuum, vt per Alexan. in l. cum heredis. in princ. n. 9. in gl. super verbo non pertinent. ff. de acquir. poss. & in l. in suis num. 8. ff. de liber. & posthu. Caputaquen. decis. 135. 152. & 420. lib. 2. quam si non præstiterit monitus, compelleretur carceris coërtione ex supradictis, quia pendet executio ex suo animo, & persona, & faciunt quæ post alios Parla. lib. 1. rerum quoti. cap. 10. à num. 7. cum sequentibus, & sic hæc executorum species vna potest esse cum præcedente, & eiusdem farinæ. Quod intellige, quando actus apprehensiuus non potest consequi propter repugnantiam condemnati, si autem consequatur, solus actus apprehensiuus sufficit pro executione sententiæ, etiam renuente condemnato.

Circa hæc autem vnum mirabile adnotabo verbum Ludouici Roman. in conf. si. num. 17. quod, quando quis condemnatus est

est ad restituendum, cedendum, aut renuntiandum aliquid officium, seu beneficium, & is monitus, & compulsus, nolit cedere, ac renuntiationem facere actualiter, habetur procedente iuris interpretatione, & ministerio, per text. in c. bona. de postulatio. prelator. vbi quod si monitus Papa, & iure per ecclesiam compulsus sit, vt cedat, de facto cedere nolit, habetur pro cedente. quo declarato ad electionem alterius procedi potest, quod luce clariùs probandum dicit ipse Roma. ibi, ea nempe ratione, quoniam qui tenetur ex debito, ad abdicandum à se ius aliquod, quod est penes eum, si monitus abdicare non vult, habetur pro abdicante, & perinde proceditur, ac si abdicasset, dicit notabilem determinationem, & expressam text. in l. sancimus §. cum autem C. ad Trebellia.

88 vbi qui hereditatem tenetur restituere, & monitus recusauerit haberi legis interpretatione pro cedente, & restituente, ac perinde procedit, ac si restituta foret, insuper ex casu, quem vocat notabilem secundum lecturam gl. & communem in l. in omnibus, la prima, ff. de pratoris stipula. in l. damnum la 1. §. si. ff. de damno infecto, & in l. 1. in fi. & l. 2. ff. de instit. & in l. 2. C. de actionibus & obligatio. quibus cauetur expressè, procuratorem, qui nomine Domini, & ex re illius actionem & ius acquisiuit, à se abdicare, & cedere, monitus recusantem, iuris interpretatione reputari cedentem, & perinde haberi, ac si cessisset. Romanum sequitur ibi Additionator & adducit concordantes. quod dictum prius fuit Decij in cap. porrecta colu. 3. vers. & confirmatur, de confirmatione vtili, vel inutili. huius etiam farinæ est, quod dicunt Amador Rodri. de execut. cap. 5. n. 69. ad fi. & Autor Curie Philippicæ 2. p. cap. 16. n. 3.

91 quod si in officiis publicis vendibilibus suapte natura, executio fiat, compellendum esse debitorem, vt officij titulum exhibeat, & renuntiet in emptorem, quibus adde celebrem & mirabilem determinationem Ludouici Romani relatum.

Et ita supremæ Normanorum Curie placuisse, scribit Rupelan. lib. 1. instit. forens. c. 59. quem sequitur Felician. de Solis tract. de censibus. lib. 2. cap. 3. n. 30. & 31. qui quidem optimè docent, quod quando in huiusmodi officiis publicis sit executio, & necessariò requiritur aditus Regis, tunc creditor postulare debet, vt debitor officio renuntiare compellatur, idque mox distrahatur, ac inde sibi satisfiat, & iudex debitorem compelleret, vt renuntiet, nec debitor resistere poterit, quin cogatur, etiam mandatum scripto dare, (per carceris coërtionem puta, vt diximus) quod apud Principem munus hoc per Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

procuratorem deponat, in gratiam nouissimi licitatoris, quod nota, ad officia, & munera renuntiabilia, prout quoridie fit.

Et hoc executionis genere ad compellendum condemnatum, ad præstandum consensum venditioni, seu rei alienationi, vtur vt meliori, faciliiori, & magis proprio consilium Neapolitanum, vt testatur Vincentius de Franch. decis. 310. per totam 3. p. allegat ad id text. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. & Camera in repet. c. Imperialem. fol. 30. colu. 2. littera N. vers. quoad tertium, de prohibita feudi alie. per Federicum. & sic prædictum consilium Neapolitanum protulit decretum, quod quædam illustri principissa condemnata, ad præstandum consensum cuidam subfeudationi factæ à vassallo suo iuxta pacti conuentionem, infra tres menses præstet assensum prædictum, aliàs haberetur pro præstato, reiecta compulsione posita à iure, captis scilicet pignoribus, & venditis iuxta text. in l. 1. §. ex hoc rescripto ff. de ventre inspiciendo. l. si quis à liberis §. si vel parens. ff. de liberis agnoscen. vbi per Cordubam ibi in prin. dicitur, hanc executionis formam perueflitam esse, & sic altera electa fuit per consilium vt propria.

Et pro huius doctrinæ comprobatione adduco text. in c. contingit. de dolo & contum. vbi habetur, quod si actor dolo, vel potentia aduersarij non potest à iudice mitti in veram, & actuale possessionem rei, post annum habeatur pro vero possessore, efficiturque; verus possessor, ministerio iuris, quem text. singul. & meliorem de iure dicit Anto. Go. in l. 45. Tauri sub n. 111. vers. 3. pro ista parte, & ab eo citari. expendo etiam text. in l. quannus. ff. de bonis autho. iud. poss. iuncto §. superiori. vbi habetur, quod si propter aliquod impedimentum, quis non possit mitti per iudicem in possessionem actualiter, habeatur pro possessore dispositione, & ministerio illius legis, quam dicit notabilem, vnicam, & singularem, citati ab Anto. Gomez. ibi, vers. quiniò pro ista parte.

Cuius etiam farinæ est, quod si quis fuerit condemnatus ad tradendum instrumentum alicuius debiti, puta, alicui tanquam ab eius obligatione liberato, si non reperitur instrumentum, cogitur condemnatus ei facere aliud instrumentum liberationis, Angl. Areti. in conf. 136. in themate à num. 13. qui n. 17. vers. secundo, quando dicit, quod condemnatus in eo, quod de iure est impossibile, sed honestum, compellitur de facto, eo modo, quo potest quem referens in vtroque casu sequitur Cardi. Tusc. practi. concl. tom. 7. littera S. conclus. 126. num. 128. qui quidem ibi n. 125. dicit, quod licet sententia sit stricti iuris, tamen sententia condemnans Titium ad conferuandum indemnem Gaium ab obli

obligatione facta per ipsum Gaium, si huiusmodi Gaii obligatio est iam extincta, quia fuit compulsus, solvere debet conferuari, & relaxari indemnis, eo modo, quo potest, ut scilicet solum eidem restituatur, licet sententia dicat, releuari ab obligatione, comprehendit etiam releuari à solutione facta vigore obligationis, allegat ad hoc Angel. Aretin. hoc plenè tractantem in d. conf. 1. 36. num. 4. cum seqq. qui contrariis satisfacit.

100 Et denique pro intelligentia eorum, quæ dicta sunt hactenus, aduerte; quod illi quatuor procedendi diuersi modi, præmissi pro executione executorialium; pariter sint eligendi, & eodem modo repetendi in exequente instrumentum guarentigiarum, seu in forma cameræ Apostolicæ, ut etiam notant præcitati Doctores, & clarè deprehenditur, ita ut & in executione instrumenti continentis quantitatem pecuniæ; seruetur forma posita pro executione executorialium super quantitate pecuniaria. Instrumento verò continente speciem certam, puta domum, &c. seruetur ordo traditus in executione executorialium, quibus certa res, & species continetur. & de singulis nempe, quando instrumentum continet promissionem facti, aut iuris incorporalis, ut pariter isdem modus repetatur, quoniam instrumentum Camerale habet vim sententiæ transactæ in rem iudic. & obligatus ex eo habetur pro condemnato iam, & sic quoad executionis procedendi modum æquiparantur executoriales, & instrumenta guarentigiarum, Benedicti de Bar. in tract. de guar. p. 2. quest. 13. fol. 346. Anto. de Canar. in tract. de executione instrum. quest. 41. sub num. 79. fol. 44. Eleacia de appella. quest. 19. limi. 10. num. 8. ad si. Ioan. Garcia de nobilit. gl. 6. §. 2. num. 25. & ideo de executione sententiæ ad executionem instrum. guaren. licitum est arguere secundum Bart. in l. cum vnus in ff. de bonis aucto. iudi. post. Bal. l. si. in colu. 2. ff. eodem tit. Roman. conf. 76. num. 4. Angel. in l. 1. C. quando prouo. non est necesse. Quinti. Man. in tract. de inhibi. quest. 49. num. 2. Paz in praxi 4. p. tom. 1. cap. 1. num. 3. & ita pariter variantur exequendi modi vniuscuiusque instrumenti qualitas expofcat. vide quæ nos inferius c. 8. n. 363.

CAPVT VI.

Ab executore, siue suæ personæ, aut commissionis, siue superioris mandantis defectu, iurisdictione, & potestate carente, & ad vltiora procedente, appellationi non deferente: an & quando vis fiat, & an is de huiusmodi incompetencia cognoscere queat.

S V M M A R I V M.

Excessus ex defectu potestatis à cæteris excessus speciebus substantiam rapit, & de omnibus componitur. n. 1.
Cum de defectu potestatis executoris quærimus, necessario inferimus ad excessum. n. 2.
Executor aliquam partem potestatis usurpans excedit multo fortius qui totam arripit. n. 3.
Nullitas nulla maior, quam quod sit extra potestatem. ibid.
De executoris potestate quando disputatur, locum habet appellatio suspensua. n. 4.
Excedere dicitur executor eo ipso quod absque iurisdictione procedit. n. 5.
Exceptiones incompetentiæ sui aut mandantis, si subexecutor reiiciens procedat executione, excedit, & datur appellatio suspensua. n. 6.
Executor beneficiatus etiam si assumat viam meri, si non admittat exceptionem surreptionis aut nullitatis suæ potestatis, potest appellari. num. 7.
Exceptio releuans & legitima dicitur que procedit à causali, que iustam causam præstat appellandi. n. 8.
Exceptio si non potest executioni opponi, non potest appellari ob reijectionem. n. 9.
Ab Executore vigore breuis Cameralis habentis executionem paratam potest appellari, quando verificetur subreptio commissionis. n. 10.
Plus influit causa in se ipsa, quam in causato. num. 11.
Omne ius potentius operatur in causâ quam in causato. n. 12.
Excessus nullus alius maior quam defectus potestatis mandate, quia immediatè & naturaliter est excessus. n. 13.
Executor merus saltem de exceptione infringente suam potestatem, cognoscit ad effectum remittendi tantum. n. 14. & 15.
Executor mixtus potest cognoscere de potestate sua an rescriptum sit falsum vel surreptitium, & se pronuntiare iudicem vel non. n. 16.
Executor merus potest de exceptione defectus suæ potestatis cognoscere extraiudicialiter ad effectum supersedendi in executione. n. 17.
Executoris meri potestas ob falsitatem commissionis nulla redditur. n. 18.

Executor

Executor merus licet non admittat exceptiones contra sententiam, tamen defectus potestatis suæ admittit. n. 19.
Executor merus quantumvis præcisam habeat facultatem, potest cognoscere de falsitate narratorum ad effectum supersedendi. n. 20.
Executor merus tenetur admittere exceptionem nouiter ortam, quam si sciret mandans in executione supersederet. n. 21.
Exceptio falsæ & surreptitiæ commissionis oritur post sententiam, & est incognita superiori. num. 22.
Executor merus de exceptione releuante, puta surreptionis coram eo opposita cognoscit, ut remittat & supersedeat si verum inueniat. num. 23.
Executor merus admittens exceptionem ad rescribendum & supersedendum, remanet nihilominus merus. num. 24.
Exceptio impugnante potestatem delegantis potest delegatus cognoscere. n. 25.
Exceptiones infringentes iurisdictionem delegantis, admittit & cognoscit delegatus. n. 26.
Iudex quilibet siue ordinarius, siue delegatus, cognoscit an sua sit iurisdictione. n. 27.
Executor admittit exceptiones concludentes defectum tam suæ quam mandantis potestatem. num. 28.
Declarat, ut num. 29.
Executoris potestas pendet à potestate mandantis. n. 30.
Excessus executoris ut delegatus inquirimus potestatem mandantis. n. 31.
Delegata causa qua ad iurisdictionem mandantis non spectat, omnia sunt irrita & appellatione non egent. n. 32.
Executoris potestas debet à potestate mandantis regulari. n. 33.
Infecta primitiua infecta censentur deriuatiua. num. 34.
Arboris rami maiores vires non habent quam à radice susceperint. n. 35.
Radice infecta rami exsiccantur, & palmites inficiuntur. n. 36.
Radice infecta & extincta rami pullulare non possunt. n. 37.
Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipsi competat. n. 38.
Auocata iurisdictione à delegante, intelligitur sublata ab eius delegato compulsore in partibus. n. 39.
Appellationi ab executore mixto aut mero reiiciente legitimam exceptionem defectus suæ potestatis aut mandantis, non deferente, vim fieri declarauit Senatus. n. 40.
Suprema tribunalia hæc videntur praxi, siue in causis ecclesiasticis per viam violentiæ, siue in profanis executoribus excedentibus. n. 41.
Executor ante commissionis executorialium præsalgado de protect. Reg. Tom. II.

sentationem & intimationem sibi factam, caret potestate & iurisdictione, nec ea vi potest. num. 42.
Iurisdictionem ac potestatem nullus delegatus recipit ante literarum presentationem & intimationem. n. 43.
Commissionem esse presentatam non sufficit, sed requiritur ut sequatur appellatio. n. 44.
Executor etiam si sciat facultatem sibi competere, tamen ante presentationem non recipit potestatem. n. 45.
Per executorem gesta post terminum limitatum in communiōe, sunt nulla ipso iure, atque vim faciunt procedens. n. 46.
Executor ad executionem post terminum exigens, vinculis ligatus ad superiorem remittitur. num. 47.
Executor ignorans prorogationem de tempore ad tempus, si procedat post terminum, irritè & nulliter facit. num. 48.
Commissio collata in tempus quo committens cariturus est iurisdictione, est nulla. num. 49. remissive.
Iudex sicut appellatione pendente & eius termino non potest exequi, ita nec executionem committere, cuius defectus est particeps executor. num. 50.
Non potest quis per alium facere, quod non potest facere per seipsum. n. 51.
Executor non dicitur executionem facere sed mandans. n. 52.
Executor est velut causa instrumentalis qua nihil disponit. n. 53.
Actus non attribuitur exequenti sed mandanti. num. 54.
Iudex vim facit non deferens appellationi à commissione executionis sententiæ suspensæ per legitimam appellationem. n. 55.
Executor procedens ad executionem sententiæ suspensæ per appellationem potest de facto impediri & resisti. n. 56.
Et ab eius processu appellationi nisi deferat, vim fieri declarabitur. n. 57.
Mandatum Papæ iniunctum potest executor non exequi, sed rescribere, & secundam iurisdictionem expectare. num. 58.
Etiam si mandatum contineat excommunicationem. ibid.
Condemnatus cures appellare coram executore à sententiâ, quam exequi vult intra terminum ad appellandum, cum antea sibi non fuerit intimata, & cum protestatione ad eundem superiorem qui eam tulit. n. 59.
Executor gratia licet acquirat iurisdictionem à tempore date, eam tamen non exercet ante presentationem literarum. num. 60.
Presentatio literarum originalium an sit necessaria, vel an transumptum sufficiat. num. 61. remissive.

dd 2 Exe